



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Vigesium primum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

mem. Quisnam ergo pontificis nostri sanctitatem in dubium reuocet, quem tot commendant præclara miracula? A

### Notatio ad Caput Vigesimo.

Nobilis  
fœmina à  
gravi infir-  
mitate cu-  
rata.

B. Rich-  
mondis  
Walber-  
genſis.

**M**atrona hæc Richmodis nomen habuit, quod Romanæ nobilitatis fœminis apud Colonienſes, vt è vetuſtis documentis patet, familiare fuit. Erat Richmodi ſoror Elifabetha, quam à graui infirmitate liberatam Surius tacito pede tranſiit. Sic autem inquit manuſcrip. *Cuius (Richmodis) ſoror Elifabeth nomine ſicut ipſa mihi naper retulit Colonia, à quadam grauiſſima & occulta infirmitate, per ipſum etiam liberata. Quis ergo Pontificem Noſtrum dubitet Sanctum, quem tot commendant inſignia miraculorum? Quod à Deo non eſt, diuſtare non poteſt.* NB. Non hæc fuit Virgo Richmundis, de qua Cæſar. *in dial. lib. 9. c. 33. 34. & lib. 8. cap. 7.* perhibet virtutibus eam fuiſſe cumulata, ac vitæ floruiſſe ſanctimoniâ, quamque Henriquetz in menologio X. Kal. Nouemb. Beatarum mentium numero C accenſet. Hæc enim ante S. ENGELBERTI necem fatiſ conſeſſit, virgoque celebratur in Walpurgēſi monaſterio, quod nunc à Societate IESV tenetur, ſepulta; non verò Matriona audit.

### Caput Vigesimo primum.

*De muta in loco martyrii S. Engelberti curata.*

Muta lo-  
quitur.

**I**N pago quodam diœceſis Colonienſis puella erat ſex annorum, ab ipſo ortu muta. Ea cum oblationibus primùm ducta eſt ad ſepulchrum martyris: ſed cum non curaretur, perducta eſt ad eum locum vbi occiſus eſt. Vbi cœpit rectè & expedite loqui, quæ nunquam antea locuta fuerat, cum cœtis non immeritò admirantibus. D

### Notatio ad Caput Vigesimo primum.

Flatten.

**P**vellam hanc ex villa Flattenē Diœceſis Colonienſis, oriundam refert manuſcript. Qui & ad finem capitiſ teſtes

restes huius tam illustris Miraculi producit, præter loci incol-  
**A** las, Henricum Decanum Ruralem Christianitatis (vt arbi-  
 tror) Tolbiacensis, huic enim  
 Decanatu illa subest Parœcia.  
 Trahit ex illa nomen, quæ pa-  
 go dominatur, familia insigni-  
 bus priori & hodierno sæculo  
 viris illustris; è quibus Ioannes  
 à Flatten Præpositus Aquisgra-  
 nensis, Cranenburgicus, &  
**B** Carpenfis, cõsiliarius V Vilhel-  
 mi Iulix Ducis &c. notissimus  
 prodijt, cui in eadem dignita-  
 te surrogatus fuit Henricus à  
 Vlatten.



Flatten.

### Caput Vigesimalium secundum.

*De Surdo restituto.*

**C** **E**ST pagus VVestphaliæ VVlicdorp, in quo erat quidam ex multo-  
 iam tempore surdus. Pro eo vxor quotidie orabat martyrem EN-  
 GELBERTVM, addito etiam voto, si sanaretur, aditurum eum locum cæ-  
 dis eius nudis pedibus & sine lincis vestibus, ibique oblationes suas  
 daturum. Eo voto suscepto, ait surdus: Audio pulsari ad Missas. Stupet **Vide voti**  
 vxor, dicitque ad eum? Audis etiam me loquentem. Audio, inquit, imò **efficaciam**  
 verò nunquam mihi antehac melius audisse videor. Itaque gratias a- **in surdi cu-**  
 gens Deo & martyri ENGELBERTO, abiit in Giuelsberg, vbi cæsus est **ratione.**  
**D** martyr, & vota persoluit.

### Notatio ad Caput Vigesimalium secundum.

**S.** Stupet vxor.

**I**N manuscript. habetur: *Audio pulsari ad missam; illa stupen-*  
*te de verbi nouitate, protinus adiecit: audio etiam vocem galli*  
*nostri*